2026-05-22 page 1/3

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 196

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 469.

4

Tractatus de peccatis linguæ, et oris. 277a–306a

Tractatus de peccatis linguæ, et oris. Initium est: "Notandum quod valde dificile est quod homo non peccet peccato oris vel lingwe". Post blasphemiam agit author de peccatis in spiritum S. et de sex donis; seu gratiis spiritus S. quæ retrahunt hominem a peccatis. Apfaltrer in Script. Univers. Vienn: Sæc. I p. 137 Joanni de Gråtz attribuit Sermones de peccatis oris, et linguæ, qui Pragæ, et Viennæ floruit circa annum 1444.

Joannes de Gråtz

<u>Nota</u>: Tractatus iste negligenter, confuse, et incomplete scriptus multo perfectior existit in Cod: CCXXI n:2, ibiqꝫ Joanni Gews adscribitur.

Cod: CXCVI.

Chartac: Fol: Sæc: 15. 2 3.9.

Aegidii Romani libri III de regimine principum.

Ægidii Romani, seu de Columna libri III. de regimine principum. Rubrica præmittitur hæc: "Incipit liber de regimine principum editus a fratre Egydio romano ordinis fratrum heremitarum Sctī Augustini &c." Initium præfationis est: "Egregia ac scientissima prosapia oriundo suo domino spāli domino Phylippo (a) primogenito et heredi preclarissimi viri domini Phylippi (b) Dei gracia illustrissimi regis francorum suus devotus frater Egidius romanus ordinis fratrum heremitarum Sancti Augustini cum recomendatione se ipsum et ad omnia famulatum". Totum in Codice nostro ab.

(a) Cognomento <u>Pulchro</u>.
(b) Cognom: <u>Audaci</u>.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 196

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 470.

"solvitur tribus libris, liber duabus partibus. In fine legitur: "Finitus est iste liber in die conversacionis (c) Sancti Pauli anno domini Mo CCCCo XXXIo /: 1431. /. De Aegidio vide Codicem CLVI. num: 1.

(c) Conversionis

Cod: CXCVII.

Chartac: Fol: Saec: 15.

2
3.10.

1.

Commentarius in Apocalypsin. Incipit: "Apocalipsis Jesu Xti quam dedit illi deus. Notandum ad intellectum libri de distinccione etatum." Margini superiori adscriptum est: "Anno domini MoCCCCo 48. /: 1448. In fine legitur: "Explicit Glosa super Apokalipsim Reportata Wienne apud fratres predicatores per manus Andree de Regen." Ex hac subscriptione pronum est concludere, praefatum Commentarium ex ore docentis cujusdam Magistri a discipulis exceptum, litteris mandatum, et denuo magistro correctum esse, et approbatum; id enim vox: Reportata indicat, ut videre est in dissert: critiicis de gestis S: Thomae Aquin. Joan: Fr: de Rubeis p: 53, et quos ibi adducit Ptolom: de Luca, Bern: Guidonem etc: Sed propterea S: Thomam Glossae hujus authorem ne suspicor quidem; nam duo qui ei /: falso quidem / tribuuntur Commentarii in Apocalypsin, incipiunt: Vidit Jacob in somnis; et: Vox domini praeparantis cervos. Unde nil reliquum, quam ut credam, hanc expositionem esse profectam a quodam Magistro Ord: Praedic: Viennae docente, mihi autem ignoto; nisi forte sit Bertholdus Puechauser, seu de Ratispona /: aliis erronee Ruchavoser dictus / Ord: Fr: Eremitarum S: Augustini, qui saeculo 15to Viennae docuit,

Commentarii in Apocalypsin.

1a – 101a

Bertholdus Puechauser

Probabiliter non Bertholdus

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 196

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27533

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)